Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes
famulos tuos pontificali seu sacerdotali
fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus:
ut eorum quoque perpetuo aggregentur
consortio.

Prayer:

O God, which among the Apostolic priests
hast made thy servants to have power by
pontifical or priestly dignity: Grant we
beseech thee: that they may also be joined
unto their perpetual society.

Deus veniae largitor et humanae salutis
amator, quaesumus clementiam tuam: ut
nostrae congregationis fratres, propinquos, et
benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt,
beata Maria semper virgine intercedente cum
omnibus sanctis tuis, ad perpetuae
beatitudinis consortium pervenire concedas.
Fidelium Deus omnium conditor, et
redemptor animabus famulorum,
famularumque tuarum remissionem
cunctorum tribue peccatorum: ut
indulgentiam, quam semper optaverunt, piis
supplicationibus consequantur. Qui vivis et
regnas in saecula saeculorum.

O God the giver of pardon, and the lover of
human salvation, we beseech thy clemency:
that thou grant the brethren of our
congregation, kinsfolk, and benefactors,
which are departed out of this world, blessed
Mary ever virgin making intercession with
all the saints, to come to the fellowship of
eternal blessedness.

O God the creator, and redeemer of all the
faithful, give unto the souls of thy servants
men, and women remission of all their sins:
that through Godly supplications they may
obtain the pardon which they have always
wished for. Who livest and reignest world
without end.

R: Amen.

R: Amen.

V: Requiem aeternam dona eis Domine.

V: Eternal rest give unto them O Lord.

R: Et lux perpetua luceat eis.

R: And let perpetual light shine unto them.

V: Requiescant in pace.

V: Let them rest in peace.

R: Amen.

R: Amen.

Officium Pro Defunctis

Ad Matutinum

Dicitur sequens Invitatorium in die Commemorationis omnium defunctorum, et quoties dicuntur tres Nocturni, ut supra, aliis vero temporibus omittitur, et inchoatur ab Antiphona Psalmorum Nocturni, et dicitur tantum unum Nocturnum cum suis Laudibus, hoc ordine: Secunda et quinta feria, primum Nocturnum. Tertia et sexta, secundum Nocturnum. Quarta feria et Sabbatho, tertium Nocturnum.

Invitatorium:

Regem, cui omnia vivunt, Venite adoremus.

Et repetitur:

Regem, cui omnia vivunt, Venite adoremus.

Psalmus 94:

Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro: praeoccupemus faciem eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei. Regem, cui omnia vivunt, Venite adoremus. Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos: quoniam non repellet Dominus plebem suam: quia in manu eius sunt omnes fines terrae: et altitudines montium ipse conspicit. Venite adoremus. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud: et aridam fundaverunt manus eius: venite adoremus, et procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus eius, et oves pascuae eius. Regem, cui omnia vivunt, Venite adoremus.

The Office for the Dead

At Matins

The Invitatory following is said on the day of the memory of all the dead, and as often as the three Nocturnes are said as before, at other times it is omitted, and is begun at the Antiphon of the Psalms of the Nocturne, and one only Nocturne with the Lauds, is said in this order: On Monday and Thursday, the first Nocturne: Tuesday and Friday, the second Nocturne: Wednesday and Saturday, the third Nocturne.

Invitatory:

The King, unto whom all things do live, come let us adore.

And it is repeated:

The King, unto whom all things do live, come let us adore.

Psalm 94:

Come let us rejoice unto our Lord, let us make joy to God our saviour: let us approach to his presence in confession, and in Psalms let us make joy unto him. The king, unto whom all things do live, come let us adore. For God is a great Lord, and a great King above all Gods: because our Lord repelleth not his people: for that in his hand are all the bounds of the earth, and he beholdeth the heights of the mountains. Come let us adore. For the sea is his, and he made it: and his hands founded the dry land: come let us adore, and fall down before God: let us weep before our Lord, that made us: because he is the Lord our God: we are his people, and the

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri: probaverunt, et viderunt opera mea.

Venite adoremus.

Quadragesima annis proximus fui generationi huic: et dixi, semper hi errant corde: ipsi vero non cognoverunt vias meas: quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Regem, cui omnia vivunt, Venite Adoremus.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Venite adoremus.

Regem, cui omnia vivunt, Venite adoremus.

**In primo nocturno.
Pro feria secunda, et quinta.**

Ant: Dirige.

Psalmus [5]:

Verba mea auribus percipe Domine: intellege clamorem meum.

Intende voci orationis meae: rex meus, et Deus meus.

Quoniam ad te orabo Domine: mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, et videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine misericordiae tuae.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua propter

sheep of his pasture.

The King, unto whom all things do live, come let us adore.

Today if ye shall hear his voice, harden not your hearts, as in the provocation according to the day of temptation in the wilderness: where your fathers tempted me: proved, and saw my works.

Come let us adore.

Forty years was I nigh unto this generation: and said, they always err in heart: and they have not known my ways, to whom I swear in my wrath, if they shall enter into my rest. The King, unto whom all things do live, come let us adore.

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Come let us adore.

The King, unto whom all things do live, Come let us adore.

**In the first nocturne.
On Monday, and Thursday.**

Ant: Direct.

Psalm [5]:

Receive O Lord my words with thine ears: understand my cry.

Attend to the voice of my prayer: my King, and my God.

Because I will pray to thee O Lord: in the morning thou wilt hear my voice.

In the morning I will stand by thee, and will see: because thou art a God that wilt not iniquity.

Neither shall the malignant dwell by thee: neither shall the unjust abide before thine eyes.

Thou hatest all, that work iniquity: thou shalt destroy all, that speak lies.

The bloody man, and deceitful our Lord will abhor: but I in the multitude of thy mercy.

I will enter into thy house: I will adore towards thy holy temple in thy fear.

inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritaverunt te Domine.

Et laetentur omnes, qui sperant in te: in aeternum exultabunt, et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

Domine ut scuto bonae voluntatis tuae: coronasti nos.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Ant: Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam.

Ant: Convertere Domine.

Psalmus [6]:

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo.

Convertere Domine, et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Lord conduct me in thy justice because of mine enemies: direct my way in thy sight.

Because there is no truth in their mouth: their heart is vain.

Their throat is an open sepulcher: they dealt deceitfully with their tongues, judge them O God.

Let them fail of their cogitations, according to the multitude of their impieties expel them: because they have provoked thee O Lord.

And let all be glad, that hope in thee: they shall rejoice forever, and thou shalt dwell in them.

And all that love thy name, shall glory in thee: because thou wilt bless the just.

Lord as with a shield, of thy good will: thou hast crowned us.

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: Direct O Lord God my way in thy sight.

Ant: Turn thee O Lord.

Psalm [6]:

Lord rebuke me not in thy fury: nor chastise me in thy wrath.

Have mercy on me Lord, because I am weak: heal me Lord, because all my bones be troubled.

And my soul is troubled exceedingly: but thou Lord how long.

Turn thee O Lord, and deliver my soul: save me for thy mercy.

Because there is not in death, that is mindful of thee: and in hell who shall confess to thee?

I have laboured in my mourning, I will every night wash my bed: I will water my couch with my tears.

Mine eye is troubled for fury: I have waxen old among all mine enemies.

Depart from me all ye, that work iniquity: because our Lord hath heard the voice of my

Exaudivit Dominus deprecationem meam:
Dominus orationem meam suscepit.
Erubescant, et conturbentur vehementer
omnes inimici mei: convertantur, et
erubescant valde velociter.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux
perpetua luceat eis.

Ant: Convertere Domine, et eripe animam
meam: quoniam non est in morte qui memor
sit tui.

Ant: Nequando.

Psalmus [7]:

Domine Deus meus in te speravi: salvum me
fac ex omnibus persequentibus me, et libera
me.

Nequando rapiat ut leo animam meam: dum
non est qui redimat, neque qui salvum faciat.
Domine Deus meus si feci istud: si est
iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam
merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, et
comprehendat, et conculcet in terra vitam
meam: et gloriam meam in pulverem
deducat.

Exsurge Domine in ira tua: et exaltare in
finibus inimicorum meorum.

Et exsurge Domine Deus meus in praecepto,
quod mandasti: et synagoga populorum
circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: Dominus
iudicat populos.

Iudica me Domine secundum iustitiam
meam: et secundum innocentiam meam
super me.

Consumetur nequitia peccatorum, et diriges
iustum: scrutans corda et renes Deus.

Iustum adiutorium meum a Domino: qui
salvos facit rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis, et patiens: numquid
irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum

weeping.

Our Lord hath heard my petition: our Lord
hath received my prayer.

Let all my enemies be ashamed, and very
sore troubled: let them be converted, and
ashamed very speedily.

Eternal rest give unto them O Lord: and let
perpetual light shine unto them.

Ant: Turn thee O Lord, and deliver my soul:
because that in death none is mindful of thee.

Ant: Lest peradventure.

Psalm [7]:

O Lord my God I have hoped in thee: save
me from all that persecute me, and deliver
me.

Lest sometime he as a Lion violently take
my soul: whilst there is none to redeem nor
to save.

O Lord my God if I have done this: if there
be iniquity in my hands.

If I have rendered to them that repaid me
evils: let me worthily fall empty from mine
enemies.

Let the enemy persecute my soul, and take it,
and tread down my life in the earth: and
bring down my glory into dust.

Arise Lord in thy wrath: and be exalted in
the coasts of thine enemies.

And arise O Lord my God in the precept,
which thou hast commanded: and a

synagogue of peoples shall compass thee.
And for it return on high: our Lord judgeth
peoples.

Judge me O Lord according to my justice:
and according to mine innocence upon me.

The wickedness of sinners shall be
consumed, and thou shalt direct the just:
which searchest the hearts and reins O God.
My just help is from our Lord: who saveth
those that be right of heart.

God is a just judge, strong and patient: is he
angry every day?

vibravit: arcum suum tetendit, et paravit illum.
Et in eo paravit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem: et peperit iniquitatem.
Lacum aperuit, et effodit eum: et incidit in foveam, quam fecit.
Convertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.
Confitebor Domino secundum iustitiam eius: et psallam nomini Domini altissimi.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Ant: Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

V: A porta inferi.

R: Erue Domine animas eorum.

Secreto:

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra: panem nostrum quotidianum da nobis hodie et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

V: Et ne nos inducas in tentationem.

R: Sed liber nos a malo, Amen.

Lectio prima (Job 7):

Parce mihi Domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi. Quid

Unless you will be converted, he hath shaken his sword: he hath bent his bow, and prepared it.

And in it he hath prepared the instruments of death: he hath made his arrows for them that burn.

Behold he travaileth with injustice, he hath conceived sorrow: and brought forth iniquity.

He hath opened a pit, and digged it up: and he is fallen into the ditch, which he made.

His sorrow shall be turned upon his head: and his iniquity shall descend upon his crown.

I will confess to our Lord according to his justice: and will sing to the name of our Lord most high.

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: Lest peradventure he may catch my soul as a Lion, whilst there is none which may redeem it, or which may save it.

V: From the gates of hell.

R: Deliver O Lord their souls.

In secret:

Our Father, who art in heaven, hallowed be thy name. Thy kingdom come, thy will be done, on earth, as it is in heaven. Give us this day our daily bread, and forgive us our trespasses, as we forgive those who trespass against us.

V: Lead us not into temptation.

R: But deliver us from evil. Amen.

The first lesson (Job 7):

Spare me O Lord for my days are nothing. What is man, that thou magnifiest him: or why settest thou thy heart toward him? Thou dost visit him early in the morning, and suddenly thou provest him. How long dost thou not spare me, nor suffer me, that I

faciam tibi, o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum? Et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam, et si mane me quaesieris, non subsistam.

R: Credo quod redemptor meus vivit: et in novissimo die de terra surrecturus sum: Et in carne mea videbo Deum salvatorem meum.

V: Quem visurus sum ego ipse, et non alius, et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne mea videbo Deum salvatorem meum.

Lectio secunda (Job 10):

Taedet animam meam vitae meae, dimittam adversum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animae meae: Dicam Deo, noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices. Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris, et opprimas me, opus manuum tuarum, et consilium impiorum adiuves? Numquid oculi carnei tibi sunt: aut, sicut videt homo, et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora, ut quaeras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scias, quia nihil impium fecerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere.

R: Qui Lazarum resuscitasti a monumento foetidum. Tu eis Domine dona requiem, et locum indulgentiae.

V: Qui venturus es iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Tu eis Domine dona requiem, et locum indulgentiae.

Lectio tertia (Job 10):

Manus tuae Domine fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente praecipitas me? Memento, quaeso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem

swallow my spittle? I have sinned. What shall I do to thee, O keeper of men? Why hast thou set me contrary to thee, and I am become burdensome to myself? Why dost thou not take away my sin, and why dost thou not take away mine iniquity? Behold now I shall sleep in the dust, and if thou seek me in the morning, I shall not be.

R: I believe that my redeemer liveth, and that in the last day I shall rise from the earth: and in my flesh shall see God my saviour.

V: Whom I myself shall see and not another, and mine eyes shall behold. And in my flesh I shall see God my saviour.

The second lesson (Job 10):

My soul is weary of my life, I will let my speech pass against myself. I will speak in the bitterness of my soul: I will say to God condemn me not. Shew me why thou judgest me so? Doth it seem good to thee, if thou calumniate me, and oppress me, the work of thy hands, and help the counsel of the impious? Hast thou eyes of flesh: or as a man seeth, shalt thou also see? Are thy days as the days of a man, and are thy years as the times of men, that thou shouldst seek my iniquity, and shouldst search my sin? And shouldst know that I have done no impious thing, whereas there is no man, that can deliver out of thy hand.

R: Thou which didst raise Lazarus stinking from the grave: Thou O Lord give them rest, and place of pardon.

V: Which art to come to judge the living, and the dead, and the world by fire. Thou O Lord give them rest, and place of pardon.

The third lesson (Job 10):

Thy hands O Lord have made me, and framed me wholly round about: and dost thou so suddenly cast me down headlong? Remember, I beseech thee, that as clay thou

reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle, et carnibus vestisti me: ossibus, et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tuo custodivit spiritum meum.

R: Domine quando veneris iudicare terram, ubi me abscondam a vultu irae tuae? Quia peccavi nimis in vita mea.

V: Commissa mea pavesco, et ante te erubesco: dum veneris iudicare, noli me condemnare. Quia peccavi nimis in vita mea.

V: Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis. Quia peccavi nimis in vita mea.

madest me, and into dust thou wilt bring me again. Hast thou not as milk milked me, and curded me as cheese? With skin, and flesh thou hast clothed me: with bones, and sinews thou hast compacted me. Life and mercy thou hast given me, and thy visitation hath kept my spirit.

R: O Lord when thou shalt come to judge the earth, where shall I hide me from the face of thy wrath? For that I have sinned too much in my life.

V: I do much fear my misdeeds, and before thee I do blush while thou comest to judge, do not condemn me. For that I have sinned too much in my life.

V: Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them. For that I have sinned too much in my life.

**In secundo nocturno.
Pro feria tertia, et sexta.**

Ant: In loco pascuae.

Psalmus [22]:

Dominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascuae ibi me collocavit.
Super aquam refectionis educavit me: animam meam convertit.
Deduxit me super semitas iustitiae: propter nomen suum.
Nam et si ambulavero in medio umbrae mortis: non timebo mala, quoniam tu mecum es.
Virga tua, et baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam: adversus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians quam praeclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitae meae.
Et ut inhabitem in domo Domini: in

**In the second nocturne.
On Tuesday, and Friday.**

Ant: In place of pasture.

Psalm [22]:

Our Lord ruleth me, and nothing shall be wanting to me: in place of pasture there hath he placed me.
Upon the water of refreshing there he hath brought me up: he hath converted my soul.
He hath conducted me upon the paths of Justice: for his name.
For although I shall walk in the midst of the shadow of death: I will not fear evils, because thou art with me.
Thy rod, and thy staff, they have comforted me.
Thou hast prepared in my sight a table: against them that trouble me.
Thou hast fattened my head with oil: and my drink filling cup, how goodly is it?
And thy mercy shall follow me: all the days of my life.

longitudinem dierum.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Ant: In loco pascuae ibi me collocavit.

Ant: Delicta.

Psalmus [24]:

Ad te Domine levavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: etenim universi qui sustinent te, non confundentur. Confundantur omnes iniqua agentes: supervacuae.

Vias tuas Domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me: quia tu es Deus salvator meus, et te sustinui tota die. Remiscere miserationum tuarum, Domine: et misericordiarum tuarum, quae a saeculo sunt.

Delicta iuventutis meae: et ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine.

Dulcis, et rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

Universae viae Domini misericordia et veritas: requirentibus testamentum eius, et testimonia eius.

Propter nomen tuum Domine et propitiaberis peccato meo: multum est enim.

Quis est homo, qui timet Dominum? legem statuet ei in via, quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum: et testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, et miserere mei: quia unicus

And that I may dwell in the house of our Lord for length of days.

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: In place of pasture there hath he placed me.

Ant: The offences.

Psalm [24]:

To thee O Lord have I lifted up my soul: my God in thee I put my confidence, let me not be ashamed.

Neither let mine enemies scorn me: for all that expect thee, shall not be confounded. Let all be confounded that do unjust things: in vain.

Lord shew me thy ways: and teach me thy paths.

Direct me in thy truth, and teach me: because thou art God my saviour, and thee have I expected all the day.

Remember O Lord thy tender mercies: and thy pities, that are from the beginning of the world.

The sins of my youth: and my ignorance do not remember.

According to thy mercy remember thou me: for thy goodness O Lord.

Our Lord is sweet, and righteous: for this cause he will give a law to them that sin in the way.

He will direct the mild in judgment: he will teach the meek his ways.

All the ways of our Lord be mercy, and truth: to them that seek after his testament, and his testimonies.

For thy name O Lord shalt be merciful to my sin: for it is much.

Who is the man, that feareth our Lord: he appointeth him a law in the way, that he hath chosen.

His soul shall abide in good things: and his seed shall inherit the land.

Our Lord is a firm stay to them that fear him:

et pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt:
de necessitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meam, et laborem meum:
et dimitte universa delicta mea.
Respice inimicos meos, quoniam multiplicati
sunt: et odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam, et erue me: non
erubescam, quoniam speravi in te.
Innocentes et recti adhaeserunt mihi: quia
sustinui te.
Libera Deus Israel: ex omnibus
tribulationibus suis.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux
perpetua luceat eis.

Ant: Delicta iuventutis meae et ignorantias
meas ne memineris Domine.

Ant: Credo videre.

Psalmus [26]:

Dominus illuminatio mea, et salus mea:
quem timebo?
Dominus protector vitae meae: a quo
trepidabo?
Dum appropiant super me nocentes: ut edant
carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati
sunt, et ceciderunt.
Si consistant adversum me castra: non
timebit cor meum.
Si exurgat adversum me praelium: in hoc
ego sperabo.
Unam petii a Domino, hanc requiram: ut
inhabitem in domo Domini omnibus diebus
vitae meae.
Ut videam voluntatem Domini: et visitem
templum eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo:

and his testament that it may be made
manifest unto them.
Mine eyes are always to our Lord: because
he will pluck my feet out of the snare.
Have respect to me, and have mercy on me:
because I am alone, and poor.
The tribulations of my heart are multiplied:
deliver me from my necessities.
See my humbleness, and my labour: and
forgive all my sins.
Behold mine enemies, because they are
multiplied: and with unjust hatred have hated
me.
Keep my soul, and deliver me: I shall not be
ashamed, because I have hoped in thee.
The innocent and righteous have cleaved to
me: because I expected thee.
Deliver Israel O God: out of all his
tribulations.

Eternal rest give unto them O Lord: and let
perpetual light shine unto them.

Ant: The offences of my youth, and my
ignorances remember not O Lord.

Ant: I believe to see.

Psalm [26]:

Our Lord is my enlightening, and my
salvation: whom shall I fear?
Our Lord is the protector of my life: of
whom shall I be afraid?
Whilst the harmful approach upon me: to eat
my flesh.
Mine enemies that trouble me: themselves
are weakened and are fallen.
If camps stand together against me: my heart
shall not fear.
If battle rise up against me: in this will I
hope.
One thing I have asked of our Lord, this will
I seek for: that I may dwell in the house of
our Lord all the days of my life.
That I may see the will of our Lord: and visit
his temple.
Because he hath hid me in his tabernacle: in

in die malorum protexit me in abscondito
tabernaculi sui.

In petra exaltavit me: et nunc exaltavit caput
meum super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in tabernaculo eius
hostiam vociferationis: cantabo, et psalmum
dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi
ad te: miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies
mea: faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam a me: et ne declines
in ira a servo tuo.

Adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque
dispicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus et mater mea
dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit
me.

Legem pone mihi Domine in via tua: et
dirige me in semitam rectam, propter
inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me:
quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et
mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini: in terra
viventium.

Expecta Dominum, viriliter age: et
confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux
perpetua luceat eis.

Ant: Credo videre bona Domini in terra
viventium.

V: Collocet eos Dominus cum principibus.

R: Cum principibus populi sui.

Secreto:

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur
nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat
voluntas tua, sicut in caelo et in terra: panem
nostrum quotidianum da nobis hodie et
dimitte nobis debita nostra, sicut et nos

the day of evils he hath protected me in the
secret of his tabernacle.

In a rock he hath exalted me: and now he
hath exalted my head, over my enemies.

I have gone round about, and have offered in
his tabernacle an host of loud crying: I will
sing, and say a psalm to our Lord.

Hear O Lord my voice, where with I have
cried to thee: have mercy on me, and hear
me.

My heart hath said to thee, my face hath
sought thee out: thy face O Lord I will seek.
Turn not away thy face from me: decline not
in wrath from thy servant.

Be thou my helper, forsake me not: neither
despise me O God my saviour.

Because my father and my mother have
forsaken me: but our Lord hath taken me.
Set me a law O Lord in thy way: and direct
me in the right path, because of mine
enemies.

Deliver me not into the souls of them that
trouble me: because unjust witnesses have
risen up against me, and iniquity hath lied to
itself.

I believe to see the good things of our Lord:
in the land of the living.

Expect our Lord, do manfully, and let thy
heart take courage: and expect thou our
Lord.

Eternal rest give unto them O Lord: and let
perpetual light shine unto them.

Ant: I believe to see the good things of our
Lord, in the land of the living.

V: Our Lord can set them with the princes.

R: With the princes of his people.

In secret:

Our Father, who art in heaven, hallowed be
thy name. Thy kingdom come, thy will be
done, on earth, as it is in heaven. Give us this
day our daily bread, and forgive us our
trespasses, as we forgive those who trespass

dimittimus debitoribus nostris.

V: Et ne nos inducas in tentationem.

R: Sed liber nos a malo, Amen.

Lectio quarta (Iob 13):

Responde mihi, quantas habeo iniquitates et peccata: scelera mea atque delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiae meae. Posuisti in nervo pedem meum, et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur a tinea.

R: Memento mei Deus, quia ventus est vita mea: Nec aspiciat me visus hominis.

V: De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Nec aspiciat me visus hominis.

Lectio quinta (Iob 14):

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, et conteritur, et fugit velut umbra, et numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos: et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius, qui praeteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, et sicut mercenarii dies eius.

R: Hei mihi Domine, quia peccavi nimis in vita mea: quid faciam miser, ubi fugiam, nisi

against us.

V: Lead us not into temptation.

R: But deliver us from evil. Amen.

The fourth lesson (Job 13):

Answer thou me, how great iniquities, and sins I have: my wicked deeds, and my offences shew thou me. Why hidest thou thy face and thinkest me thine enemy? Against the leaf that is violently taken with the wind, thou shewest thy might, and persecutest dry stubble. For thou writest bitterness against me, and wilt consume me with the sins of my youth. Thou hast put my foot in band, and hast observed all my paths, and hast considered the steps of my feet. Who as rottenness am to be consumed, and as a garment that is eaten of the moth.

R: O God be mindful of me, for that my life is but wind, nor the sight of man may behold me.

V: From the depths I did cry to thee O Lord, O Lord hear my voice. Nor the sight of man may behold me.

The fifth lesson (Job 14):

Man born of Woman, living a short time, is replenished with many miseries. Who as a flower cometh forth and is destroyed, and flyeth as a shadow, and never abideth in the same state. And dost thou count it a worthy thing to open thine eyes upon such an one: and to bring him with thee into judgement? Who can make clean him that is conceived of unclean seed? Is it not thou which only art? The days of man are short, the number of his months is with thee. Thou hast appointed his limits, which cannot be passed. Depart a little from him, that he may rest, until his day wished for, do come, even as of the hireling.

R: Woe is me O Lord, for that I have sinned too much in my life: O wretch what shall I

ad te, Deus meus? Miserere mei, dum veneris in novissimo die.

V: Anima mea turbata est valde: sed tu Domine succurre ei. Miserere mei dum veneris in novissimo die.

Lectio sexta (Iob 14):

Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constitutas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putas ne mortuus homo rursum vivet? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

R: Ne recorderis peccata mea Domine, Dum veneris iudicare saeculum per ignem.

V: Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam: Dum veneris iudicare saeculum per ignem.

V: Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis. Dum veneris iudicare saeculum per ignem.

do, whither shall I fly, but unto thee, my God? Have mercy on me, whilst thou comest in the later day.

V: My soul is troubled greatly: but thou O Lord succor it. Have mercy on me, whilst thou comest in the later day.

The sixth lesson (Job 14):

Who will grant me this, that in hell thou protect me, and hide me, till thy fury pass, and appoint me a time, wherein thou wilt remember me? Shall man that is dead, thinkest thou live again? All the days, in which I am now in warfare, I expect until my change do come. Thou shalt call me, and I shall answer thee, to the work of thy hands, thou shalt reach thy right hand. Thou indeed hast numbered my steps, but spare thou my sins.

R: Remember not O Lord my sins, whilst thou shalt come to judge the world by fire.

V: Direct O Lord my God my way in thy sight. Whilst thou shalt come to judge the world by fire.

V: Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them. Whilst thou comest to judge the world by fire.

**In tertio nocturno.
Pro feria quarta et Sabbatho.**

Ant: Complaceat.

Psalmus [39]:

Expectans expectavi Dominum: et intendit mihi.
Et exaudivit preces meas: et eduxit me de lacu miseriae, et de luto faecis.
Et statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos.
Et immisit in os meum canticum novum: carmen Deo nostro.
Videbunt multi, et timebunt: et sperabunt in

**In the third nocturne.
For Wednesday and Saturday.**

Ant: May it please thee.

Psalm [39]:

Expecting I expected our Lord: and he hath attended to me.
And he heard my prayers: and brought me out of the lake of misery, and the mire of dregs.
And hath set my feet upon a rock: and hath directed my steps.
And he hath put a new song into my mouth: a meter unto our God.

Domino.

Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annunciavi, et locutus sum: multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium, et oblationem noluit: aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi, ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei.

Annunciavi iustitiam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam: a concilio multo.

Tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meae, et non potui ut viderem.

Multiplicatae sunt super capillos capitis mei: et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine ut eruas me: Domine ad adiuvandum me respice.

Confundantur, et reveantur simul, qui quaerunt animam meam: ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, et reveantur: qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi, euge euge.

Exultent, et laetentur super te omnes quaerentes te: et dicant semper, magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum et pauper: Dominus sollicitus est mei.

Adiutor meus et protector meus tu es: Deus meus ne tardaveris.

Many shall see, and shall fear: and they shall hope in our Lord.

Blessed is the man, whose trust is the name of our Lord: and hath not had regard to vanities, and false madness.

Thou hast done many marvelous things O Lord my God: and in thy cogitations there is none that may be like to thee.

I have declared, and have spoken: they are multiplied above number.

Sacrifice, and oblation thou wouldst not: but ears thou hast perfited to me.

A whole burnt offering, and for sin thou hast not required: then said I, behold I come.

In the head of the book it is written of me, that I should do thy will: my God I would, and thy law in the midst of my heart.

I have declared thy justice in the great church: lo I will not stay my lips, Lord thou hast known it.

Thy justice I have not hid in my heart: thy truth and thy salvation I have spoken.

I have not hid thy mercy and thy truth: from the great council.

But thou O Lord make not thy tender mercies far from me: thy mercy, and thy truth have always received me.

Because evils have compassed me, of which there is no number: mine iniquities have overtaken me, and I was not able to see.

They are multiplied above the hairs of my head: and my heart hath forsaken me.

It may please thee O Lord to deliver me: Lord have respect to help me.

Let them be confounded and ashamed together, that seek my soul: to take it away.

Let them be turned backward, and be ashamed: that will me evils.

Let them forthwith receive their confusion: that say to me, well, well.

Let all that seek thee rejoice, and be glad upon thee: and let them say always that love thy salvation, our Lord be magnified.

But I am a beggar, and poor: our Lord is careful of me.

Thou art my helper and my protector: my

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Ant: Complacet tibi Domine, ut eruas me: Domine ad adiuvandum me respice.

Ant: Sana Domine.

Psalmus [40]:

Beatus qui intellegit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra: et non tradat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: universum stratum eius versasti in infirmitate eius.

Ego dixi Domine, miserere mei: sana animam meam, quoniam peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, et peribit nomen eius?

Et si ingrediebatur, ut videret, vana loquebatur: cor eius congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras: et loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei: adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me: numquid qui dormit, non adiiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meae, in quo speravi: qui edebat panes meos, magnificavit super me subplantationem.

Tu autem Domine miserere mei: et resuscita me, et retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.

Benedictus Dominus Deus Israel a saeculo, et in saeculum: fiat, fiat.

God be not slack.

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: May it please thee O Lord, to deliver me: O Lord have regard to help me.

Ant: Heal O Lord.

Psalm [40]:

Blessed is the man that understandeth concerning the needy, and poor: in the evil day our Lord will deliver him.

Our Lord preserve him, and give him life, and make him blessed in the land: and deliver him not unto the soul of his enemies.

Our Lord help him upon the bed of his sorrow: thou hast turned all his couch in his infirmity.

I said, Lord have mercy on me: heal my soul, because I have sinned to thee.

Mine enemies have spoken evils unto me, when shall he die: and his name perish?

And if he came in, to see, he spake vain things: his heart hath gathered together iniquity to himself.

He went forth: and together he spake.

All mine enemies whispered against me: against me they did think evils to me.

They have set down an unjust word against me: shall not he that sleepeth rise again?

For the man of my peace, in whom I hoped: who did eat my breads, hath done over me much to supplant me.

But thou O Lord have mercy upon me: and raise me up again, and I will repay them.

In this I have known, that thou wouldst me: because mine enemy shall not rejoice over me.

But me thou hast received because of my innocence: and thou hast confirmed me in thy sight forever.

Blessed be our Lord the God of Israel from the beginning of the world, and forevermore: be it, be it.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Ant: Sana Domine animam meam, quia peccavi tibi.

Ant: Sitivit anima mea.

Psalmus [41]:

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymae meae panis die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?

Haec recordatus sum, et effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis, et confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis et Hermonii, a monte modico.

Abyssus abyssum invocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui: super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam: et nocte canticum eius.

Apud me oratio Deo vitae meae: dicam Deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei, et quare contristatus incedo: dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea: exprobraverunt mihi, qui tribulant me, inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus? quare tristis es anima mea, et quare conturbas me?

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: Heal O Lord my soul because I have sinned to thee.

Ant: My soul hath thirsted.

Psalm [41]:

Even as the hart desireth after the fountains of waters: so doth my soul desire after thee O God.

My soul hath thirsted after God, a living fountain: when shall I come, and appear before the face of God?

My tears have been breads unto me, day and night: whilst it is said to me daily, where is thy God?

These things have I remembered, and have poured out my soul in me: because I shall pass into the place of a marvelous tabernacle, even to the house of God.

In the voice of joyfulness, and confession: the sound of one banqueting.

Why art thou sorrowful my soul: and why dost thou trouble me?

Hope in God, because yet will I confess to him: the salvation of my countenance, and my God.

My soul is troubled toward myself: therefore will I be mindful of thee from the land of Jordan, and Hermon from the little mountain.

Deeps calleth upon deeps: in the voice of thy flood-gates.

All thy high things, and thy waves: have passed over me.

In the day our Lord hath commanded his mercy: and in the night his song.

Prayer is with me to the God of my life: I will say to God, thou art my defender.

Why hast thou forgotten me, and why go I sorrowful: whilst mine enemy afflicteth me?

Whilst my bones are broken: my enemies that trouble me have upbraided me.

Whilst they say to me day by day, where is thy God, why art thou heavy O my soul, and

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi:
salutare vultus mei, et Deus meus.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux
perpetua luceat eis.

Ant: Sitivit anima mea ad Deum fontem
vivum: quando veniam, et apparebo ante
faciem Domini?

V: Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.

R: Et animas pauperum tuorum ne
obliviscaris in finem.

Secreto:

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur
nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat
voluntas tua, sicut in caelo et in terra: panem
nostrum quotidianum da nobis hodie et
dimitte nobis debita nostra, sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris.

V: Et ne nos inducas in tentationem.

R: Sed liber nos a malo, Amen.

Lectio septima (Iob 17):

Spiritus meus attenuabitur: dies mei
breviabuntur, et solum mihi superest
sepulcrum. Non peccavi: et in
amaritudinibus moratur oculus meus. Libera
me Domine, et pone me iuxta te: et cuiusvis
manus pugnet contra me. Dies mei
transierunt, cogitationes meae dissipatae
sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt
in diem, et rursum post tenebras spero
lucem. Si sustinero, infernus domus mea
est, et in tenebris stavi lectulum meum.
Putredini dixi, Pater meus es: mater mea, et
soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc
praestolatio mea et patientia mea? Tu es
Domine deus meus.

R: Peccantem me quotidie, et non me

why dost thou trouble me?

Hope in God, because yet will I confess to
him: the salvation of my countenance, and
my God.

Eternal rest give unto them O Lord: and let
perpetual light shine unto them.

Ant: My soul hath thirsted after God the
living fountain, when shall I come, and
appear before the face of our Lord?

V: Deliver not unto beasts the souls
confessing to thee.

R: And in the end forget not the souls of thy
poor.

In secret:

Our Father, who art in heaven, hallowed be
thy name. Thy kingdom come, thy will be
done, on earth, as it is in heaven. Give us this
day our daily bread, and forgive us our
trespasses, as we forgive those who trespass
against us.

V: Lead us not into temptation.

R: But deliver us from evil. Amen.

The seventh lesson (Job 17):

ipse illuminet mentem meam lumine gratiae suae: inflammans eam igne suavissimi et sanctissimi amoris sui. et faciat me seipsum cum Patre et Spiritu Sancto unum solum Deum verum adorare in spiritu et veritate: seipsum super omnia diligere et timere et eidem firmiter obedire et adhaerere: sua mandata custodire: peccata vitare: suam sanctam passionem et patientiam imitari: bonis operibus abundare: prospera mundi despiciere: et nulla eius adversa formidare: et talem poenitentiam in hac vita pro cunctis peccatis et sceleribus meis agere: quae ei precibus tuis beneplacens sit et grata: ut merito suae sacratissimae passionis cum sanctis et electis suis mihi vitam et requiem conferat sempiternam. Amen.

Devota commendatio ad eandem.

Spes animae meae post Deum virgo Maria: in illam commendationem et in illam fidem qua te dilectus filius tuus dominus noster Iesus Christus praelecto discipulo suo Ioanni commendavit: commendo tibi hodie et quotidie corpus et animam meam et honorem meum et horam exitus mei: et omnes actus meos. ac precor te ut serves me a peccatis: a scandalis: ab omni confusione humana: ab ira tremenda ab immundis cogitationibus: ab omni mortali peccato: a subitanea et improvisa morte ab omnibus periculis animae et corporis, honoris et rerum mearum: nec unquam me tale permittas facere peccatum quo gratiam tuam amittam. Da mihi de praeteritis emendationem: de praesentibus custodiam: de futuris cautelam. Da mihi in hac vita promptum adiutorium: esto mihi in tremendo iudicio prolocutrix apud filium tuum dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

other sins, whatever I have done, from him thy Son from whom all good things proceed, by whom all things are made, who also illuminates every person who comes into this world: cause him to illuminate my mind with the light of his grace, inflaming it with the fire of his most gentle and most holy love; and cause me to worship him together with the Father and the Holy Ghost, the one and only true God, in spirit and truth, and above all things to love and fear him and firmly to obey and cleave to him, to keep his commandments, to shun sins, to imitate his holy suffering and patience, to abound with good works, to despise the riches of the world and to dread none of its adversities, and to do such a penance in this life for all my sins and wicked deeds as by thy prayers may be pleasing and acceptable to him, so that through the favor of his most sacred passion he might grant to me eternal life and peace with his saints and elect. Amen.

Devout commendation to the same.

Hope of my soul after God, O Virgin Mary: toward that commitment and that faith with which thy beloved son our Lord Jesus Christ entrusted thee to his preferred disciple John: I commend to thee today and every day my body and soul and my honor and the hour of my going out, and all my deeds. And I pray thee that thou preserve me from sins, from causes of offense, from every human confusion, from frightening anger, from impure thoughts, from all mortal sin, from sudden and unforeseen death, from all dangers of soul and body, of reputation and of my affairs, and may thou not ever permit me to commit a sin such that through it I might lose thy grace. Grant to me emendation of past sins, protection for present sins, and prudence for future sins. Grant me in this life swift aid, speak in the terrible judgment on my behalf before thy son our Lord Jesus Christ. Amen.

Ant: Sub tuum praesidium confugimus virgo Dei genitrix nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris: sed a periculis cunctis libera nos semper virgo benedicta.

V: In omni tribulatione et angustia nostra.

R: Succurrat nobis beatissima virgo Maria.

Oratio:

Protege Domine famulos tuos subsidiis pacis: et beatae Mariae semper virginis patrocinii confidentes: a cunctis hostibus redde securos. Per Christum dominum nostrum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum.

R: Amen.

De sancto Michael archangelo.

Ant: Michael archangele paradisi praeposite veni in adiutorium populo Dei: et velis nos defendere a potestate inimici: et tecum ducere in societatem domini.

V: In conspectu angelorum psallam tibi Deus meus.

R: Adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor nomini tuo.

Oratio.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominum que dispensas: concede propitius: ut quibus tibi ministrantibus in caelo semper assistitur. ab hiis in terra vita nostra muniatur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio ad proprium angelum custodem.

Custos mi angele gloriose qui ex caelestis hierarchia fuisti divinitus ab ortu nativitatis

Ant: Under thy guardianship we take refuge, O virgin Mother of God; do not disdain our prayers in our needs but from all perils liberate us, O blessed ever virgin.

V: In all our tribulation and distress.

R: Succor us, Most Blessed Virgin Mary.

Prayer:

Protect, O Lord, thy servants with thine armies of peace: and make those who trust in the patronage of the Blessed Mary, ever virgin: secure against all enemies. Through Christ our Lord, thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end.

R: Amen.

Of Saint Michael the Archangel.

Ant: O Archangel Michael, commander of paradise, come to the aid of the people of God: and be thou willing to defend us from a hostile power and to lead us with thee into the company of the Lord.

V: In the sight of the angels I will sing to thee, O my God.

R: At thy holy temple I will adore thee, and to thy name I will confess.

Prayer:

O God who after a marvelous order didst dispose the ministries of angels and of men: grant in thy mercy that our life may be defended on earth by them who stand forever before thee and minister unto thee in Heaven. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Prayer to one's own guardian angel.

O my guardian, glorious angel who from among the heavenly hierarchy has been

meae ex utero ad mei custodiam deputatus: te deprecor humiliter et devote ut me tibi commissum sic illumines munias et defendas: hoste procul pulso maligno: nedum a malis compesca operibus: sed etiam ad bonum tua virtute sollicites et inducas: ac tuum demum opitulante patrocinio me tuum concivem facias supernorum. Per Christum dominum nostrum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Item alia oratio ad eundem.

Obsecro te angelice spiritus cui ego a providentiam commissus sum: ut custodias me indesinenter: protegas visites et defendas ab omni incursu diaboli vigilantem atque dormientem: nocte ac die: horis continuis atque momentis confove me et tuere me, ubicunque iero comitare me. Repelle a me per virtutem Dei omnem tentationem sathanae: et quod mea non extinguunt merita tuis precibus obtine apud misericordissimum iudicem Deum: ut nullum in me habeat locum contrariae virtutis. Cumque me per abrupta vitiorum devium esse videris per semitas iustitiae incedendo: ad redemptorem et conditorem meum reducere satagas. Et in quacunque necessitate vel angustia me esse prospexeris: auxilium Dei omnipotentis tuo obtentu super me adesse sentiam. Precor te custos meus ut si fieri possit notum mihi facias finem meum. Et cum de hoc corpore Deo iubente eductus fuero: non dimittas malignos spiritus me terrere aut illudere: neque in foveam desperationis incidere: et non me derelinquas omnino donec me perduxeris ad visionem Dei omnipotentis conditoris mei: in qua simul ego pro opere et gratia et clementia Dei patris mei: et tu pro custodia mea una cum beatissima Dei genitrice Maria et omnibus sanctis peremniter laetemur et congaudeamus cum

appointed by God as my guardian from the very moment of my birth from the womb: I beseech thee humbly and devotedly that thou thus illuminate, protect and defend me, entrusted to thee, driving far away the enemy who wishes me ill; not only restrain me from evil acts, but mayest thou also urge and induce me toward the good by thy virtue; and by the protection of thy actions mayest thou make me at last a dweller with thee and with those on high. Through Christ our Lord, thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Likewise another prayer to the same.

I beseech thee, angelic spirit, to whom I by providence have been entrusted: that thou guard me unceasingly, that thou protect, watch attentively, and defend me from every attack of the devil while I am waking and sleeping, by night and by day; for hours and moments without interruption cherish me and watch over me, and accompany me everywhere I go. Avert from me through the strength of God every temptation of Satan, and that which my merits do not extinguish, by thy prayers hold fast before God, the most merciful judge, so that nothing of a contrary strength may have a place in me. And whenever thou seest me wandering through the steep places of vices, by going through the paths of justice trouble thyself to lead me back to my redeemer and creator. And in whatever need or distress thou beholdest me to be, may I feel the help of almighty God approach by means of thy covering over me. I pray thee, my guardian, that, if it can be done, thou makest my end known to me. And when I shall be drawn forth from this body at the command of God, do not allow evil spirits to frighten me or make sport of me, nor allow me to fall into the pit of desperation. And do not abandon me at all until thou hast led me to the sight of almighty God, my creator, in which sight

Christo in secula seculorum. Amen.

De sancto Ioanne baptista.

Ant: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne baptista.

V: Fuit homo missus a Deo.

R: Cui nomen erat Ioannes.

Oratio:

Praesta quaesumus omnipotens Deus ut familia tua per viam salutis incedat et beati Ioannis praecursoris Christi hortamenta sectando: ad eum quem praedixit securus perveniat. Dominum nostrum Iesum Christum.

De sancto Ioanne evangelista.

Ant: Ioannes apostolus et evangelista virgo electus est a domino atque inter ceteros magis dilectus.

V: Valde honorandus est beatus Ioannes.

R: Qui supra pectus domini in cena recubuit.

Oratio:

Ecclesiam tuam quaesumus domine benignus illustra: ut beati Ioannis apostoli tui et evangelistae illuminata doctrinis ad dona perveniat sempiterna. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sanctis Petro et Paulo.

Ant: Petrus apostolus et Paulus doctor gentium ipsi nos docuerunt legem tuam

may I, for work and grace and the clemency of God my Father, and thou, as my protection, together with Mary the most blessed mother of God and all the saints forever be joyful and rejoice together with Christ, world without end. Amen.

Of Saint John the Baptist.

Ant: Among those born of woman none arose greater than John the Baptist.

V: He was a man sent by God.

R: Whose name was John.

Prayer:

Show thyself, we pray, O omnipotent God, so that thy household may go by the way of salvation, and by following the encouragements of the blessed John, forerunner of Christ, may reach him whom he with certainty foretold, our Lord Jesus Christ.

Of Saint John the Evangelist.

Ant: John the Apostle and Evangelist, a virgin, was chosen by the Lord and more beloved than the others.

V: Blessed John is greatly to be honored.

R: He who reclined upon the breast of the Lord at the Last Supper.

Prayer:

Make thy church shine, we ask, O kindly Lord, so that illuminated by the teachings of blessed John thy apostle and evangelist it may reach thy eternal gifts. Through our lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saints Peter and Paul.

Ant: Peter the Apostle and Paul the Doctor to the Gentiles have themselves taught us thy

domine.

V: In omnem terram exivit sonus eorum.

R: Et in fines orbis terrae verba eorum.

Oratio:

Deus cuius dextera beatum Petrum apostolum ambulans in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius et concede ut amborum meritis aeternitatis gloriam consequamur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto Iacobo apostolo.

Ant: Lux et decus hispaniae: O Iacobe sanctissime sublevator oppressorum: suffragium viatorum qui inter apostolos primatyr laureatus obtines primatum. O singulare praesidium, tuorum benignus exaudi vota servorum: et intercedas pro nostra omnium que salute.

V: Ora pro nobis beate Iacobe.

R: Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio:

Esto domine plebis tuae. sanctificator et custos ut apostoli tui Iacobi munita praesidiis: et conversatione tibi placeat et secunda deserviat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto Andrea apostolo.

law, O Lord.

V: In all the earth their voice has gone forth.

R: And their words unto the ends of the earth.

Prayer:

O God, whose right hand raised up blessed Peter the Apostle when he was walking on the waves, lest he be submerged, and saved his fellow apostle Paul from the depth of the sea when he was shipwrecked for the third time, hear us graciously and grant that we may pursue the glory of eternity by the favors of both. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint James the Apostle.

Ant: Light and adornment of Spain, O most holy James, supporter of the oppressed, succor of travelers, crowned with laurel, who obtaineth the first place of martyrdom among the apostles: O unique protection, kindly one, hear the prayers of thy servants, and mayest thou intercede for our salvation and the salvation of all.

V: Pray for us, blessed James.

R: That we be made worthy of the promises of Christ.

Prayer:

Be, O Lord, the sanctificator and guardian of thy people, so that, fortified by the protections and way of life of thine apostle James, they may be pleasing to thee and without care serve thee zealously. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Andrew the Apostle.

Ant: Cum pervenisset beatus Andreas ad locum ubi crux praeeparata erat exclamavit et dixit. O bona crux diu desiderata et iam animo concupiscenti praeeparata: securus et gaudens venio ad te: ut tu exultans suscipias me discipulum eius qui pependit in te magister meus Christus.

V: Dilexit Andream dominus.

R: In odorem suavitatis.

Oratio:

Quaesumus omnipotens Deus ut beatus Andreas apostolus tuus pro nobis imploret auxilium: ut a nostris reatibus absoluti: a cunctis etiam periculis eruamur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De omnibus apostolis.

Ant: Dum steteritis ante reges et praesides nolite cogitare qualiter respondeatis. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.

V: In omnem terram exivit sonus eorum.

R: Et in fines orbis terrae verba eorum.

Oratio:

Concede quaesumus omnipotens ut sicut apostolorum tuorum iugiter commemorationem agimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam ipsi pro nobis exorent. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto Stephano.

Ant: Stephanus plenus gratia et fortitudine

Ant: When the blessed Andrew had come to the place where the cross was made ready, he exclaimed and said, O good cross, long wished for and now made ready for a desirous spirit, I, without care and joyful, come to thee, so that thou, rejoicing, mayst receive me, the disciple of the one who hung on thee, my master Christ.

V: The Lord loved Andrew.

R: Into the odor of sweetness.

Prayer:

We beseech thee, O omnipotent God, that blessed Andrew thine apostle may implore aid in our behalf; so that, absolved from the charges against us we may also be rescued from all dangers. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of all the apostles.

Ant: When thou standest before kings and princes, do not wish to consider how thou shouldst respond. For it shall be given to thee in that hour what to say.

V: Their voice has gone forth into all the earth.

R: And their words unto the ends of the earth.

Prayer:

Grant, we beseech, omnipotent one, that just like thine apostles we may continually make a commemoration, as they prevail upon thy majesty on our behalf with respect to thy deserved benefits. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Stephen.

Ant: Stephen, full of grace and resolution,

faciebat prodigia et signa magna in populo.

V: Iustus germinabit sicut lilium.

R: Et florebit in aeternum ante dominum.

Oratio:

Omnipotens sempiterne Deus qui primitias martyrum in beati levitae Stephani sanguine dedicasti: tribue quaesumus ut pro nobis intercessor existat qui pro suis etiam persecutoribus exoravit dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto Christoforo.

Ant: Sancte Christofore martyr preciose: rogo te per nomen Christi creatoris tui: et per illud praerogativum quod tibi contulit: quando nomen suum tibi soli imposuit. Te deprecor in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti et per gratiam quam accepisti: ut erga Christum et sanctam eius genitricem mihi famulo tuo sis propitius peccatori quatenus tuo pio interventu facias me vincere omnes qui cogitant mihi mala: et per illud leve onus qui est Christus: quem trans marinum flumen in humeris tuis feliciter portare meruisti: Alleviare dignare praesentes meas angustias: paupertates: tribulationes: malas et perversas machinationes: fraudulentas conspirationes: mendacia: falsa testimonia: occulta: sive aperta consilia: et alia quae contra honorem meum cogitando vel conspirando veritatis aemuli mihi servo tuo inferre conantur: ut vita comite et salvo honore tecum gaudere valeam in secula seculorum.

V: Ora pro nobis beate Christofore.

did great wonders and signs among the people.

V: A just man will sprout forth like a lily.

R: And he will flower forever before the Lord.

Prayer:

Omnipotent and eternal God, who dedicated the first-fruits of the martyrs in the blood of the blessed deacon Stephen, grant, we beseech, that he may be the intercessor for us, he who hath prevailed upon our Lord Jesus Christ thy Son even on behalf of his persecutors. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Christopher.

Ant: Saint Christopher, precious martyr, I beg thee by the name of Christ thy creator, and by that prerogative that he conferred upon thee when he put his name upon thee alone. I pray thee in the name of the Father and the Son and the Holy Ghost and by the grace which thou hast received that applying to Christ and his holy mother, thou be gracious to me thy servant, a sinner, so that by thy godly intervention thou mayst cause me to overcome all who consider evils toward me, and by that light burden that is Christ, whom thou didst deserve to carry happily across the river of the sea on thy shoulders. Vouchsafe to alleviate my present difficulties, poverties, tribulations, evil and perverse machinations, fraudulent conspiracies, lies, false testimonies, hidden or open plans, and the other things that the enemies of truth, by thinking or plotting against my honor, try to bring against me thy servant, so that with a loving life and honor preserved I may be able to rejoice with thee, world without end.

V: Pray for us, blessed Christopher.

R: Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio:

Deus qui beatum Christoforum martyrem tuum virtute constantiae in passione roborasti: quique unigenitum tuum dominum nostrum Iesum Christum in humeris suis mirabiliter portari voluisti: concede propitius ut qui eius commemorationem agimus: ipsius meritis ad regna caelestia pervenire feliciter mereamur. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto Laurentio.

Ant: Levita Laurentius bonum opus operatus est qui per signum crucis caecos illuminavit.

V: Dispersit dedit pauperibus.

R: Iustitia eius manet in seculum.

Oratio:

Da nobis quaesumus omnipotens Deus vitiorum nostrorum flammam extinguere qui beato Laurentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum dominum nostrum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto Sebastiano.

Ant: O quam mira refulsit gratia Sebastianus martyr inclutus: qui militis portans insignia: sed de fratrum palma sollicitus confortavit corda trementia: verbo sibi collato caelitus.

V: Ora pro nobis beate martyr Sebastiane.

R: Ut mereamur pestem epidimiae illaesi

R: That we be made worthy of the promises of Christ.

Prayer:

O God, who strengthened the blessed Christopher thy martyr with the moral strength of constancy in suffering, thou who didst will that thine only begotten Son, our Lord Jesus Christ, be marvelously carried on his shoulders, graciously grant that we who make his commemoration happily deserve by his favors to reach the heavenly kingdom. Through the same, our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Lawrence.

Ant: The deacon Lawrence hath done a good work, he who gave light to the blind through the sign of the cross.

V: He dispersed and gave to the poor.

R: His justice remaineth forever.

Prayer:

Grant to us, we beseech, O omnipotent God, to quench the flames of our vices, thou who didst grant to blessed Lawrence thy martyr the power to overcome the fires of his torments. Through Christ our Lord, thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of St. Sebastian.

Ant: O how the renowned martyr Sebastian shone with a wonderful grace, he who bore the marks of a soldier but was urged on by a palm from the brothers, greatly strengthened fearful hearts, since the heavenly word had been conferred upon him.

V: Pray for us, blessed martyr Sebastian.

R: That we may deserve to pass unharmed

transire: et promissionem Christi obtinere.

Oratio:

Deus qui beatum Sebastianum martyrem tuum in tua fide et dilectione tam ardentem solidasti: ut nullis carnalibus blandimentis: nullis tyrannorum minis nullis que carnificum gladiis sive sagittis a tua cultura potuit revocari: Da nobis miseris peccatoribus: dignis eius meritis et intercessionibus: in tribulatione auxilium: in persecutione solatium: et in omni tempore contra pestem epidimiae remedium: quatenus possimus contra omnes diabolicas insidias viriliter dimicare: mundum et ea quae in mundo sunt despiciere: et nulla eius adversa formidare: ut ea quae te inspirante desideramus valeamus feliciter obtinere. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto Dionysio.

Ant: O beate Dionysi magna est fides tua: intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum ut qui qualitate tibi sumus dissimiles sua gratia largiente: caelestium gaudiorum faciat esset consortes.

V: Ora pro nobis beate Dionysi.

R: Ut digni efficiamur.

Oratio:

Deus qui beatum Dionysium martyrem tuum virtute constantiae in passione roborasti: quique illi ad praedicandum gentibus gloriam tuam Rusticum et Eleutherium sociare dignatus es tribue nobis quaesumus ex eorum imitatione pro amore tuo prospera mundi despiciere: et nulla eius adversa formidare. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

through the plague and obtain the promise of Christ.

Prayer:

O God who so eagerly strengthened blessed Sebastian thy martyr in thy faith and love that by no allurements of the flesh, by no threats of tyrants, and by no swords or arrows of executioners could he be recalled from thy worship, grant to us unhappy sinners, by his deserved favors and intercessions, help in tribulation, solace in persecution, a cure in every time against the plague, so that we be able to contend strongly against all the traps of the devil, to despise the world and those things that are in the world, and to dread none of its misfortunes, so that we may be able to obtain happily those things that through thine inspiration we desire. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Dionysius.

Ant: O blessed Dionysius, great is thy faith: intercede for us with the Lord our God so that by the bestowal of his grace he may cause us who are unlike thee in nature to be consorts of the heavenly joys.

V: Pray for us, blessed Dionysius.

R: That we be made worthy.

Prayer:

O God, who strengthened the blessed Dionysius thy martyr by the virtue of constancy in suffering, and who vouchsafed to associate to him Rusticus and Eleutherius for the preaching of thy glory to the peoples, grant us, we pray, by the imitation of them to despise the prosperities of the world for love of thee and to dread none of its misfortunes. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end.

De sancto Antonio.

Ant: Anthoni pastor inclute qui cruciatos reficis: morbos sanas et destruis: ignis calorem extinguis pie pater ad dominum ora pro nobis miseris.

V: Ora pro nobis beate pater Anthoni.

R: Ut digni efficiamur.

Oratio:

Deus qui concedis obtentu beati Anthonii confessoris tui morbidum ignem extingui et membris aegris refrigeria praestari: fac nos quaesumus ipsius meritis et precibus a gehennae incendiis liberatos: integros mente et corpore tibi feliciter in gloria praesentari. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto Martino episcopo.

Ant: O beatum pontificem qui totis visceribus diligebat Christum regem et non formidabat imperii principatum. O Martine dulcedo medicamentum et medice. O sanctissima anima quam si gladius persecutoris non abstulit: palmam tamen martyrii non amisit.

V: Ora pro nobis beatissime Martine.

R: Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio:

Deus qui conspicias quia ex nulla nostra virtute subsistimus concede propitius: ut intercessione beati Martini confessoris tui atque pontificis contra omnia adversa muniamur. Per Christum dominum nostrum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in

Amen.

Of Saint Anthony.

Ant: Renowned shepherd Anthony, who restoreth the crucified, and destroyeth healthful maladies, and quengeth the heat of the fire, O holy father, pray to the Lord on behalf of us unhappy ones.

V: Pray for us, blessed father Anthony.

R: That we be made worthy.

Prayer:

O God, who granteth by the intercession of blessed Anthony thy confessor that the fire of illness be quenched and coolness be present for sick limbs, make us, we beseech, by his favors and prayers free from the fires of hell, and cause us to be presented whole in mind and body to thee happily in glory. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Martin, bishop.

Ant: O blessed bishop who loved Christ the King with all thine inward parts and did not fear the sovereignty of the empire. O Martin, sweetness, medicine, and physician. O holiest soul, which if the sword of the persecutor had not taken away, nevertheless would not have lost the martyr's palm.

V: Pray for us, most blessed Martin.

R: That we be made worthy of the promises of Christ.

Prayer:

O God, who perceiveth that we withstand from no virtue of ours, grant graciously that by the intercession of blessed Martin thy confessor and bishop we may be fortified against all adversities. Through Christ our Lord, thy Son, who liveth and reigneth with

unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto Nicolao episcopo.

Ant: Amicus Dei Nicolaus pontificali decoratus infula omnibus se amabilem exhibuit.

V: Ora pro nobis beate Nicolae.

R: Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio:

Deus qui beatum Nicolaum pontificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue nobis quaesumus ut eius meritis et precibus a gehennae incendiis liberemur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto Claudio.

Ant: O desolatorum consolator: captivorum liberator: resurrectio mortuorum: lumen caecorum auditus surdorum: mutorum eloquium: tutor naufragantium: impotentium et languidorum sanator: medicinae refugium: via errantium: salus omnium in te sperantium. Beate Claudi benigne confessor ora Deum pro nobis qui te tot et tantis illustravit suffragiis.

V: Ora pro nobis beate Claudi.

R: Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio:

Deus qui beato Claudio glorioso confessori tuo atque pontifici tantam gratiam et beatitudinem conferre dignatus es: quod per illam fere totus orbis christianorum pro suis necessitatibus ad ipsum affluit: et quicumque eum pie ac devote quaesierit desolatus non

thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Nicholas, bishop.

Ant: Nicholas, the friend of God, adorned by a priestly fillet, showed himself loving to all.

V: Pray for us, blessed Nicholas.

R: That we be made worthy of the promises of Christ.

Prayer:

O God, who adorned the blessed Nicholas thy priest with innumerable miracles, grant to us, we beseech, that by his favors and prayers we be freed from the fires of hell. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Claudius.

Ant: O consoler of the desolate, freer of captives, resurrection to the dead, light to the blind, hearing to the deaf, speech to the mute, teacher of sailors, healer of the weak and faint, a refuge of the healing art, a road for those who go astray, and the deliverance of all who hope in thee; O blessed Claudius, kindly confessor, pray for us to God, who made thee shine by so many and such great intercessions.

V: Pray for us, blessed Claudius.

R: That we be made worthy of the promises of Christ.

Prayer:

O God who vouchsafed to confer on blessed Claudius thy glorious confessor and priest so much grace and blessing that through these almost the whole world of Christians hastened toward him for their needs, and whoever seeks him piously and devotedly

remanebit. Da nobis quaesumus domine iusta desideria postulare: ut quae iuste postulaverimus suis meritis et intercessionibus apud te iugiter valeamus obtinere. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancto Rocho.

Ant: Ave Roche sanctissime nobili natus sanguine crucis signaris scemate sinistro tuo latere. Roche peregre profectus pestis ferae fugas tactus mirifice tangendo salutifere. Vale Roche angelice vocis citatus fame obtinuisti deifice a cunctis pestem pellere.

V: Ora pro nobis beate Roche.

R: Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio:

Deus qui beato Rocho per angelum tuum tabulam eidem afferentem promisisti, ut qui ipsum pie invocaverit a nullo pestis cruciatu lederetur. Praesta quaesumus: ut qui eius memoriam agimus meritis ipsius a mortifera peste corporis et animae liberemur. Per Christum dominum nostrum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancta Anna.

Ant: Caeleste beneficium introivit in Annam per quam nobis nata est Maria virgo.

V: Ora pro nobis beata Anna.

will not remain desolate. Grant us, we beseech, O Lord, to ask for things both righteous desired, so that those things that we have justly asked for we may continually be able to obtain by his favors and intercessions before thee. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Roch.

Ant: Hail, most holy Roch, born of noble blood, thou art marked by the plan of the cross on thy left side, O Roch, traveller, having escaped from dire pestilence and having been touched miraculously, O healthbringer by touching. Be present, Roch, roused by the utterance of an angelic voice, thou hast obtained from God the power to drive away pestilence from everyone.

V: Pray for us, blessed Roch.

R: That we be made worthy of the promises of Christ.

Prayer:

O God, who promised to the blessed Roch through thine angel an altar given to him, so that one who calls to him piously may be harmed by no agony of pestilence, show, we beseech, that we who make his commemoration may by his favors be freed from deadly pestilence of the body and soul. Through Christ our Lord, thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Anne.

Ant: A heavenly blessing entered into Anne, through whom the Virgin Mary was born for us.

V: Pray for us, blessed Anne.

R: Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio:

Deus qui beatae Annae tantam gratiam donare dignatus es: ut beatissimam matrem tuam in suo gloriosissimo utero portare meruit: Da nobis per intercessionem matris et filiae tuae propitiationis abundantiam: ut quarum commemorationem pio amore amplectimur: earum precibus ad caelestem patriam pervenire valeamus. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancta Maria Magdalena.

Ant: Maria ergo unxit pedes Iesu et extersit capillis suis: et domus impleta est ex odore unguenti.

V: Dimissa sunt ei peccata multa.

R: Quoniam dilexit multum.

Oratio:

Largire nobis clementissime pater quod sicut beata Maria Magdalena dominum nostrum Iesum Christum super omnia diligendo suorum obtinuit veniam peccaminum: ita nobis apud tuam misericordiam sempiternam impetret beatitudinem. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancta Caterina.

Ant: Virgo sancta Caterina Graeciae gemma: urbe Alexandrina Costi Regis erat filia.

V: Diffusa est gratia in labiis tuis.

R: Propterea benedixit te Deus in aeternum.

R: That we be made worthy of the promises of Christ.

Prayer:

O God, who vouchsafed to grant to blessed Anne such grace that she deserved to bear thy most blessed mother in her most glorious womb, grant to us through the intercession of thy mother and sister the abundance of thy graciousness, so that we may embrace their commemoration with holy love, and by their prayers be able to reach heaven, our native land. Through the same, our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Mary Magdalene.

Ant: Therefore Mary poured oil on the feet of Jesus and wiped them with her hair, and the house was filled with the scent of the oil.

V: Many sins were forgiven her.

R: Because she loved much.

Prayer:

Grant to us, most merciful Father, that just as the blessed Mary Magdalene obtained pardon for her sins by loving our Lord Jesus Christ above all things, so she may obtain for us in the presence of thine eternal mercy a blessing. Through the same, our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Catherine.

Ant: The virgin St. Catherine, jewel of Greece, was the daughter of King Costus in the city of Alexandria.

V: Grace has been diffused in thy lips.

R: Therefore God has blessed thee forever.

Oratio:

Deus qui dedisti legem Moisi in summitate montis Sinay, et in eodem loco corpus beatae Caterinae virginis et martyris tuae per sanctos angelos tuos mirabiliter collocasti: tribue quaesumus ut eius meritis et intercessione ad montem qui Christus est valeamus pervenire. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancta Margareta.

Ant: Virgo gloriosa Christi Margareta virginum gemma preciosissima virtute supernorum clara audi preces nostras coram te fusas: fac nos iungi aeternali choro precibus ergo tuis adesto calamitatibus nostris quibus undique praemimur.

V: Ora pro nobis beata Margareta.

R: Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio:

Deus qui beatam Margaretam virginem tuam ad caelos per matyrii palmam pervenire fecisti: concede nobis quaesumus ut eius exempla sectantes: ad te venire mereamur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancta Barbara.

Ant: Gaude Barbara beata: summe pollens in doctrina: angeli mysterio. Gaude virgo Deo grata: quae baptistam imitata es in vitae stadio. Gaude cum te visitavit: Christus vita, et curavit plagas actu proprio. Gaude quia meruisti: impetrare quod petisti: dante Dei filio. Gaude namque elevata: es in caelum et delata: nobili martyrio. Te laudantem

Prayer:

O God, who hast given the law of Moses on the peak of Mount Sinai, and in the same place hast marvelously laid the body of blessed Catherine thy virgin and martyr by thy holy angels, grant, we beseech, that by her favors and intercession we may be able to reach the mountain where Christ is. Through the same, our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Margaret.

Ant: Glorious virgin of Christ, Margaret, most precious jewel of virgins, by the shining virtue of those above, hear our prayers poured out before thee; cause us to be joined to the eternal choir; therefore by thy prayers give aid against our calamities by which we are beset on all sides.

V: Pray for us, blessed Margaret.

R: That we be made worthy of the promises of Christ.

Prayer:

O God, who caused the blessed Margaret thy virgin to reach heaven through the palm of a martyr, grant to us, we beseech, that following her examples we may deserve to come to thee. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.

Of Saint Barbara.

Ant: Rejoice, blessed Barbara, greatly powerful in doctrine by the mystery of the angel. Rejoice, virgin, pleasing to God, thou who didst imitate baptism in the course of thy life. Rejoice because Christ hath visited thee in life and healed thy wounds by his own act. Rejoice because thou hast deserved to obtain what thou hast sought through the

familiam trahe post te ad gloriam: finito exilio.

V: Ora pro nobis beata Barbara.

R: Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio:

Intercessio quaesumus domine beatae Barbarae virginis et martyris tuae ab omni adversitate nos protegat: ut per eius interventum gloriosissimum sacrosancti corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi sacramentum ante diem exitus nostri per veram poenitentiam et puram confessionem percipere mereamur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

gift of the Son of God. Rejoice because thou hast been raised to heaven and delivered to a noble martyrdom. Bring after thee to glory the dependents who praise thee when their exile is over.

V: Pray for us, blessed Barbara.

R: That we be made worthy of the promises of Christ.

Prayer:

May the intercession, we pray, O Lord, of blessed Barbara thy virgin and martyr protect us from all misfortune, so that through the most glorious intercession of the very holy body and blood of our Lord Jesus Christ we may deserve through true repentance and pure confession to receive the sacrament before the day of our going out. Through our Lord Jesus Christ thy Son, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, O God, world without end. Amen.